



Fateor: plures jam tum
libellos edidi, celsissi-
mo Nomini tuo nul-
lum tamen inscripsi, præter differ-
tationem meam inauguralem de
Judice Romanorum Imperatoris,
quæ (ût cum candore non minùs,
ac rubore agnosco) non nisi juve-
niles redolet conatus. Ecquæ hu-

jus omissionis causa? Dicam breviter. Haftenus, quæ prælo commisi, vel ex paucis tantummodo pagellis constabant, vel forensẽm strepitabant trituram. Ea verò quis offerre sustineret Principi, cujus verè principalem spiritum, ac præstantissimarum doctrinarum scientiam non modò vastum, quâ latè patet, Romanum Imperium, sed & universa Europa agnoscit, ac miratur? Hinc mihi non voluntas, non animus, non ardor, sed sceptro, soliòque digna deficiebat materies. Quâ cum jam tandem me potitum esse arbitrer, non moror etiam ad TE paulo liberius accedere, quin potiùs, uti quondam ad HENRICUM Andium
Ducem

brevi
com-
modo
enfem
vero
ncipi
itum
arum
quâ
ium
ofcit
on vo
ardor
na def
im jar
rbitret
paulo
iùs, u
Andiur
ucem

Ducem facundissimus *Balduinus*
Latinum Pacatum, atque *Eume-*
nium retulit, ita & pariter ad *TE*
Franciscum Balduinum referre, seu
hunc primum Balduinianorum
opusculorum Tomum dedicare,
ac consecrare festino.

Attamen Balduinianæ relatio-
nis, ac meæ observantiæ non unus,
idémque, sed longè alius, ac diver-
sissimus est scopus. Hoc scilicet
potissimùm sine *Balduinus* ad An-
dium Ducem suum *Pacati* Pane-
gyricum, & *Eumenii* orationem
retulit, ut eum ad majorem stu-
diorum curam, ad propensius li-
terarum patrocinium, ad amplio-
rem Aureliæ Academiae instaura-
tionem.

a 4

tionem commoveret, stimularet,
atque incenderet. Quóque me-
tam propius attingeret, HENRICO
suo ex ordine illustrissimorum Ma-
jorum CAROLUM LUDOVICUM, RO-
BERTUM, LUDOVICUM alterum, RE-
NATUM, atque ALPHONSUM Arra-
gonium, ut benignos, ac be-
neficos Musarum Mæcenates ex-
hibuit, recensuitque.

Equidem pari ego passu ince-
dere, Tibique plura Palatinorum
Principum sistere possem Prototy-
pa, videlicet RUPERTUM seniore,
qui cum curam juventutis rectè in-
stituendæ, quo ad sapientiam, ac
virtutes à teneris assuescat, non
minus, quàm curam tuendæ, &
amplificandæ dignitatis virtute Ma-
jorum

aret,
me.
VRICO
Ma.
Ro.
Re.
Arra
be.
ex-
ince.
orum
ototy
iorem
ectè in
am, a
t, no
ida,
tute M
orum

jorum partæ, ac conservatæ ad se
pertinere, nec tam armis, quàm
sapiantibus consiliis Gubernatori
opus esse intelligeret, universale
studium in ditione suâ instituen-
dum censuit, ac sub URBANO VI.
Pontifice Maximo, & WENCESLAO
Romanorum Imperatore primus
Academiam Heidelbergensem,
Germanicarum omnium antiquissi-
mam fundavit, RUPERTUM junio-
rem, qui munificus Academiae
Heidelbergensis Patronus, & alter
illius velut conditor, ac Collegii
Dionysiani Autor salutatur, bene-
ficus præsertim erga Professores
Juris, quibus ex fisco suo stipen-
dia numeravit, RUPERTUM præju-
niorem, postea Romanorum Re-

gem, qui singularem erga Acade-
miam Heidelbergensem amorem,
studiúmque semper declaravit, ac
non tantùm ejus Privilegia, & ju-
ra ipse confirmavit, sed etiam de
iisdem defendendis, & conservan-
dis duos filios suos, LUDOVICUM,
& JOANNEM Academiae solenne ju-
ramentum præstare voluit, LUDO-
VICUM *Barbatum*, qui in bello,
quod adversùs Archiepiscopum
Moguntinum, & Marggravium Ba-
densensem gessit, ita Academiae suæ
prospexit, ut medios inter Mavor-
tis furores, literarum studia flore-
re possent, LUDOVICUM *Placidum*,
seu *mansuetum*, qui more Majo-
rum Academiam summo amore,
& studio profecutus est, FRIDERI-

CUM

Acade
orem,
it, ac
& ju
um de
ervan
icum,
ne ju
UDO.
ello,
opum
m Ba
e sua
favor
flore
cidum
Majo
amore
FRIDER
CUM

CUM *Victoriosum*, qui sapientibus
Consiliariis abundavit, Curiam ju-
dicii de novo erexit, Academiam
fovit, & doctos pariter cum for-
tibus amavit, PHILIPPUM *ingenuum*,
mundi lucem dictum, cujus tem-
pore pulcherrimum omnium viro-
rum eruditione, & scientiâ præ-
stantium Heidelbergæ Collegium
vixit, quorum singuli singulis Aca-
demiis magno præsidio, & orna-
mento esse poterant, LUDOVICUM
Pacificum, qui Reipublicæ æquè,
ac Academiae commodum sedulo
promovere studuit, FRIDERICUM II.
seu sapientem, qui ab eruditis lite-
tis, earumque cultoribus alienum
haud animum gessit, inque id sum-
mâ curâ incubuit, ut Heidelber-
gensem

gensẽm Academiam illustriorem
redderet, OTHONEM HENRICUM
cognomento *Magnanimum*, qui
singulari benignitate ac munificen-
tiã omnium optimarum artium stu-
dia fovit, Academiae suæ clemen-
tissimum Mæcenatem se præbuit,
Bibliothecam illam Palatinam, quæ
per totam Europam vix parem ha-
bebat, primus instituit, eoque
nomine gloriam immortalem &
sibi, & Bibliothecæ peperit, FRI-
DERICUM III. sive *Pium*, qui (ut
de minoribus passim per oppida,
& pagos institutis scholis taceam)
tria Gymnasia, unum Heidelbergæ
alterum Neuhusii, ac tertium Am-
bergæ condidit, ut ne Bavaris qui-
dem Palæstra literaria deesset, Jo-

ANNEM

ANNEM CASIMIRUM *Constantem*,
qui Neapoli Nemetum illustrem,
quam Casimirianam inde dixerunt,
Academiam aperuit, nec docenti-
bus solùm, sed multis quoque dis-
centibus liberalia stipendia consti-
tuit, atque ad summam munificen-
tiam erga bonos omnes, imprimis
literatos nil reliqui fecit, FRIDERI-
CUM VI. *Sincerum* vocitatum, qui
pueritiâ Reçtoratu Academiae Hei-
delbergensis functus ea egit, urfit,
& non nisi illis perfectis Magistra-
tum deponere voluit, quæ totis
viginti sex annis consequi non po-
tuerat, ut scilicet legum, & statu-
torum recensio institueretur, su-
pervacanea refecarentur, necessa-
ria infererentur, sumptus in ca-
pessendis

peffendis gradibus minuerentur,
omnes in officio continerentur,
Professione Historicâ Academia
augeretur, atque annales conscri-
berentur, CAROLUM LUDOVICUM
Germanicum illum SALOMONEM,
qui Academiam ab immani Bello-
nâ perturbatam, ac pene destru-
ctam extinctis belli flammis denuo
instauravit, Rectoris magnificen-
tissimi munus in se ipsum suscepit,
& ex quacunque orbis plagâ viros
literis celebres *Hottingeros, Span-*
bemios, Fabricios, Boeckelmannos,
Chunones, Puffendorffios, Coccejos,
Francos, Freinsbemios, & Hachenber-
gos congregavit, CAROLUM *Probum,*
qui *Samuele Puffendorffio, ac Paulo*
Hachenbergo ducibus Musas adeò
coluit,

coluit, ut ipſus *Symbola Chriſtiana* ſcribere, & ſub tecto *Philothei* nomine edere haud dedignaretur, **PHILIPPUM WILHELMUM Prudentem,** ac *Felicem* dictum, ſub cujus auſpiciis, ejusque filio **FRIDERICO WILHELMO** Rectore magnificentiſſimo tertium Universitatis Heidelbergens ſis Jubileum (ut vocant) ſolemniffimè celebratum fuit, ac demum **JOANNEM WILHELMUM,** qui ſe Academiam ſuam inſtar cimmeli, quo nullum melius, præſtantiùsque habeat, æſtimare non modò ſcriptis literis declaravit, verùm etiam alterum ejus Inſtaurato-rem, & ferè fundatorem egit, inſuper eidem bonorum patrimonialium fructum, quo lætioribus quo-
que

que temporibus ex parte ca-
ruerat, plènè percipiendum red-
didit, veterisque privilegii, quo
ab oneribus plebejo hominum
ordini incumbentibus penitus
exempta erat, benignâ confir-
matione consuluit, quin & illu-
stri prorsus exemplo magnam mag-
ni Polyhistoris *Joannis Georgii*
Grævii Bibliothecam multis im-
pensis comparatam donavit, atque
attribuit. Verùm talia hæc ego
cui bono memorem? Annon &
CAROLUS THEO-
DORUS nostrum existit Pro-
totypon, quo verius, quo majus,
quo perfectius adduci, ac propo-
ni vix possit?

Loquere

Loquere hîc alma Parens mea,
felix Phœborum puerpera, anti-
quissima Heidelbergensium Aca-
demia loquere, & memora,
quàm eximios Carolinus in lite-
ras amor tibi favores spirarit,
quàm ingentia beneficia reddide-
rit, quàm præstans patrocinium
addixerit, quàm ampla incremen-
ta dederit, quàm fidos, celsôs-
que curatores constituerit, quàm
mirâ te suavitate, ac serenitate in
hunc usque diem coluerit, fove-
rit, protexeritque. Ego contra
antestabor archetypam illam Bi-
bliothecam, quæ aliquot antè an-
nis Mannhemii in æternam Musæ-
rum sedem consecrata, non tan-
tùm architecturæ præstantiâ, or-
dine

dine, ornatúque superbit, sed & insuper immensorum librorum, ac codicum, magnifico impendio comparatorum, tam copiâ, quàm raritate gaudet, imò quotidiana adhucdum augmina sumit. Antestabor pariter Electoralem scientiarum Academiam, in Palatinatu nuper erectam, & vel inde Theodoro - Palatinam jure optimo maximo dicendam, eò quod

CAROLO THEO-
DORO suos debeat ortus, originésque. Antestabor denique clara Electoralis Academiae membra, omnesque, quotquot existunt, doctos, atque eruditos, qui liberali
CARO-

sed &
orum
pendi
quã
tidiam
An
scien
atina
inde
opti
quod
O
ortus
niqu
mem
Gstun
libera
RO.

CAROLI THEO-
DORI fruuntur, ac vescun-
tur munificentia. Talis ergo, tan-
tique, non dicam (ut fabulosa
antiquitas olim *Herculem* compel-
lavit) Musagetæ, sive Musarum
Comitis, sed τῆ μισσηγεμόνος, seu
celsissimi, & ab avito sanguine, &
ab indole propria Musarum Præ-
fidis benevolentiam quisquis ad
literarum defensionem provocare
plus, quàm temerarius conare-
tur, supervacaneus decumanas
medius fidius in mare portaret
procellas.

Rationibus proin **TIBI SERE-**
NISSIME PRINCEPS, ac **CLE-**
b 2 **MEN-**

MENTISSIME DOMINE pri-
mum hunc Tomum dandi, di-
candi, dedicandique haud al-
iis utor, quàm tum ut in-
dustria qualiscunque mea post
longam annorum seriem TIBI ex
oblivionis sepulchro quasi excien-
dos digni laude viri manes iterum
sistat, qui olim pariter Palatinus
subditus, ac celeberrimus Hei-
delbergensis Academiae Professor
Juris extitit, qui FRIDERICO III.
Electori Palatino suum *Constan-*
tinum Magnum, sive de CONSTAN-
TINI Imperatoris Legibus Eccle-
siasticis, atque Civilibus commen-
tariorum Libros II, GEORGIO JO-
ANNI Comiti Palatino Rheni, Ba-
variaeque Duci, Catechesin Juris
Civi-

Civilis, ac GULIELMO Juliae, Cliviae, ac Montium Duci tum temporis de Academia Duisburgi instituenda consilium capienti, ac paulo post captum consummanti, Commentarium de Jurisprudentia Muciana verecunde consecravit, & qui plura nullibi, quam Heidelbergae opuscula lucubravit, sicuti edita a *Balduino* Catechesis Juris Civilis, Commentarius de jurisprudentia Muciana, Commentarii de Legibus XII. Tabularum, Commentarii ad Edicta veterum Principum Romanorum de Christianis, Notae ad Lib. I. & II. Digestorum, seu Pandectarum, Com-

mentarii ad Leges de Jure Civili,
Voconiam, Falcidiam, Juliam,
Papiam Poppæam, Rhodiam,
Aquiliam, *Justinianus*, sive de ju-
re novo Commentariorum Libri
IV. *Minucii Felicis Octavius* re-
stitutus, eruditissimâque disserta-
tione auctus, Disputationes II. de
Jure Civili ex *Papiniano* cum vitâ
Papiniani, ac Commentarii de
Pignoribus, & Hypothecis, de
conditionibus, ad *Paulum* de di-
visione stipulationum, ad eun-
dem de cautione, ad *Papinianum*
de evictione, & duplæ stipulatio-
ne, & ad Regulam Catonianam
testi-

testificantur. Tum, ut inscriptio
(sic æquitas tua, ac sapientia pa-
tietur) de alto, ac venerando fi-
dere tuo, quod micat inter omnes,
veluti inter ignes luna minores,
Balduino plures, lucidiorésque ra-
dios alliciat, totámque adeò syl-
logen meam nobiliorem reddat,
atque illustriorem.

Privatas nunc (quas optimè
allegare possem) prætereo causas,
quibus ad appellandum SERE-
NISSIMUM NOMEN TUUM
impellor. Tantum tamen profi-
teri fas sit, me nullâ de re ma-

gìs gaudere, mihiq̄ue gratulari
quotidie, quàm quòd sub TE
SERENISSIMO PRINCIPE
& vivere, & scribere mihi con-
tingat. Ita TU vivas, valeás-
que. Dusseldorpii Calendis Sept.
CLO IO CCLXIV.



LECTORI.